



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

2. Error.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

pueris, nisi ipsi adulti sint, aliàs eorum parentes iurent, bona intentione ascendendi postea ad ordines sacros, se velle ordines minores, aut primam tonsuram, *lib. 7. disput. 31. num. 18. & 19.*

12 Episcopus potest cogere exemptos impediētes reuocationem coniugis ex suo monasterio, sed non cum censuris, suspensione, vel interdicto, quando habeant tale priuilegium, *lib. 7. disp. 33. n. 21. 22. & 23.*

13 Vt coniugatus possit fieri Episcopus, sepe est necessaria professio vxoris in religione, & non sufficit esse vetulam, & cum castitatis voto in sæculo manere, *lib. 7. disp. 4. num. 1. 2. & 3.*

14 Episcopus, cum quo dispensatur, vt cōsecrationem differat, potest retinere beneficia, *lib. 8. disp. 1. num. 24.*

15 Episcopus tanquam delegatus procedit, quando in Trid. vel alibi committitur aliquid ipsi tanquam Sedis Apostolicæ delegato; vel idem dicitur, auctoritate nostra dispensa, *lib. 8. disp. 2. num. 10.*

Error.

1 Error differt ab ignorantia, quatenus desiderat semper aliquam præuiam cognitionē; ignorantia verò minimè. Sed vtrumque dirimit matrimonium, & non potest contingere error personę absque aliqua illius personę notitia ex visu, aut saltem auditu, & fama, *lib. 7. disp. 18. num. 1. & 2.* Qui dirimit matrimonium

K 4

iure

iure naturæ, *nu.* 5, 11. & 12. Quamuis error sit concomitans, nec dans causam contractui, *nu.* 6. Et quamuis sit fatuus & crassus, *num.* 7. Et contrahens matrimonium non tenetur intentionem dirigere in personam præsentem, quæcumque illa sit, *nu.* 13. Et matrimonium contractum inter infideles cum errore personæ, est nullum, nec Ecclesia potest statuere, ne dirimat, *ibid. nu.* 14. & 15.

2 Error qualitatis, & fortunæ, non irritat matrimonium, potest tamen Pontifex iusta causa statuere, ut dirimat, *lib. 7. disp.* 18. *num.* 8. & 9.

3 Error qualitatis, seu dolus concomitans, siue antecedens, dans causam contractui, non irritat matrimonium, nisi qualitas apponatur per modum conditionis, & nisi qualitas redderet in errorem personæ; quod accidit, quando erratur circa qualitatem designantem certam personam. Tamen parochus assistens matrimonio, sciens dolum, quamuis non irritantem, manet suspensus triennio, *lib. 7. disp.* 18. à *num.* 17. usque ad 38. Item error nominis, si de corpore constat, non dirimit matrimonium, *ibid. nu.* 37.

6 Error, seu dolus antecedens contractum, est ille, qui causam dat contractui faciendæ; ita ut eo non existente, actus non fieret, atque ita efficit, ut actus sit inuoluntarius. Item error concomitans, siue incidens in contractum, est ille, qui non inducit ad volendum, sed ita

con-

concomitatur actum, vt eo non existente, actus fieret, *lib. 7. disp. 18. nu. 4.*

Excommunicatio.

1 Excommunicans non in scriptis, quando excommunicatio caret effectu, suspensus nō est, *lib. 1. disp. 2. nu. 5.*

2 Excommunicatio in religiosos solemnizantes matrimonium, non est correctā per Trid. & ita incurrunt illam per Clement. 1. de privilegijs, & suspensionem ad nutum Ordinatij per Trid. *Sess. 24. de matrim. lib. 3. disp. 48. num. 8.*

3 Excommunicatio lata in facientem, non comprehendit mandantem, consulentem, vel aliter consensum præstantem, nisi exprimatur in canone faciente censuras, *lib. 3. disputat. 49. num. 2.*

4 Excommunicatio potest fieri absq; mentione, vbi præcessit mandatum sub excommunicationis pœna, *lib. 2. disp. 24. nu. 28. & lib. 9. disp. 32. nu. 13.*

5 Excommunicatio non ligat coniugem conscientium impedimenti, & ob id negatē debitum, *lib. 2. disp. 39. nu. 9.*

6 Parochus excommunicatus non toleratus, suspensus, vel irregularis validè assistit matrimonio, *l. 3. disp. 21. n. 1. 3. & 4.* Et validè dat licentiam, *num. 7.* Nec peccat assistens, *nu. 8.* Licet sit interdictus administratione sacramentorum, & licet sit parochus mobilis ad nutum Episcopi, *ibid. num. 11. & 12.*